



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 81. Colloquium inter Doctores Catholicos, & Protestantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. quorum primus erat: Christus Domi-  
A.C. 1559. nus est corporaliter præsens in Eucha-  
 ristia. II. In hoc Sacramento nulla  
 alia adest substantia, nisi Corpus, &  
 Sanguis Salvatoris nostri. III. In Missa  
 datur Sacrificium propitiatorium pro  
 vivis, & defunctis. IV. Sanctus Petrus,  
 ejusque legitimi Successores Ecclesiam  
 regendi, gregemque pascendi potesta-  
 tem habent. V. Solis Ecclesiæ Pasto-  
 ribus doctrinam definiendi, Sacra-  
 torum administrationem præscribendi,  
 ac divini officii Ordinem stabiliendi jus  
 competit. Hic idem libellus ansam  
 præbebat, ut ex quavis contendentium  
 parte novem feligerentur Doctores, qui  
 colloquio in Abbatiali Westmonaste-  
 riensi Ecclesia instituto utriusque par-  
 tis rationes discuterent.

§. LXXXI.  
*Colloquium inter Doctores Catholi-  
 cos, & Protestantes.*

**P**orro ex Catholicis convenerant Epi-  
 scopi Viacomiensis, Lichtfeldiensis,  
 Cestriensis, Carieolanus, Lincolnensis  
 præter Colum, Harpsfeldium, Lang-  
 dalum, & Chedseium Doctores: Pro-  
 testantium vero nomine aderant Scorius  
 antehac Cestriensis Episcopus, Coxus,  
 Witeheadus, Grindalus, Hornius, Sand-  
 ses, Guestus, Almerus, & Jewelus.  
Hoc

Sæc. XVI.  
A.C. 1559.

Hoc itaque colloquium die trigesima prima Martii inchoandum decernebatur, simulque propositi fuere articuli ibidem agitandi, quorum tamen non nisi tres erant, & quidem. I. An Verbo Dei, & veteri Ecclesiæ non aduersetur, si in lingua populo haud cognita Officium Divinum celebretur, & Sacra-menta administrentur. II. Utrum cui-libet Ecclesiæ Officii Divini ritus præ-scribendi, emendandi, vel abolendi jus omni tempore fuerit concessum, si id fi-delium pietati haud repugnet. III. An ex Dei Verbo comprobari valeat, quod in Missa detur Sacrificium propitiato-rium pro vivis, & defunctis. Insuper fancitum, ut scriptotenus disputatio fieret, atque Episcopi præ ceteris primi huic certamini initium facerent, & præ-primis suas rationes circa primum arti-culum prælegerent: his vero auditis postea Protestantes scripta sua propone-rent, moxque utriusque partis Docto-res descriptas suas rationes vicissim tra-derent, quin nova desuper institueren-tur colloquia, sed omnis altercatio, ver-borumque vehementia declinaretur. Denique præcipiebatur, ut disputatio præsente Senatu haberetur, quam ob rem supremo Sigillorum Custodi daba-tur negotium, ut hæc statuta ad exi-tum deduci curaret.

§. LXXXII.